


Palatium Augusti quod ipse in Monte Palatino ubi speciat Auentinu, et imminet Circo Maximo in domo, in qua natus est, amplificata construxit mira specie et percommoda adiunctis eiporticibus egregijs columnis exornatis, bibliotheca item instructissima libris tam latinis quam græcis statuis quoque et picturis additio altera forma spherica ad præbenda uaria spectacula Imperatori et nobilitati uniuersæ duobus quoque locis hinc inde dextra sinistraq, tractandis flectendisq, equis militibus quoque præsidiarijs et his seorsim a Palatio suis habitationibus attributis. Apollini etiam ibidem Augustus ut ait Suetonius ex voto suum constituit templum cuius fastigio exlabat currus. Solis qui auro obductus mirum reddebat splendorem. fertur quoque hic nata laurus, eodem quo Augustus natus est die, cuius deinde ramis triumphantium et Imperatorum solitia erant cingi tempora in medio prætexta colli Palatini collocatum erat templum Fidei a Numa Pompilio, quod uetustate collapsum restituit Augustus. De reliquis Palatini locis dicemus alibi. Sicuti autem hæc ædificiorum splendor uidebitur ob eorum magnificentiam fidem excedere, ita mirari desinet cum contemplabitur Romanorum ubiq, terrarum potentiam, potissimum cumplerunque ædificia ab imo inchoata perficerentur ab alijs, ut factum est in his Palatini montis ædificijs.

Di questo Palazzo nel Palatino si vede molte rouine di grand Archi e muri alla schiera del Giardino del Cardinale Farnese volto verso il cerchio maximo, detto Circhi.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=10-2-geom-00105